



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Antiqua divisio Imperij sub Diocletiano, Constantino, & Valentiniano. In
confiniis Illyrici & Thraciæ, Ecclesiarum & Imperij limes; scilicet in
Succorum augustiis, ex Ammiano, & Socrate, & ex ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

non exactè perpensis, quæ de Orientis Ecclesiis generaliter dicuntur, Antiochenæ Ecclesiæ incantè tribuerunt. Etenim Oriens in dispositione Imperij Romani eas provincias omnes complectitur, ab ipsius Vespasiani temporibus, quæ à Thracia per Ægyptum & Asiam minorem usque ad Euphratem & Tigrim pertinent. Hæ provinciæ quinque Diæcesibus comprehendebantur, Thracia, Pontica, Asiana, Orientali, & Ægyptiaca, quæ magistratibus sibi præfectis parebant; ut superiore capite uberius dixi. Idem ordo servatus fuit in ecclesiastica disciplina; ita ut quemadmodum Ægypti Diæcesis in novem Metropolitanos divisâ, Alexandria Patriarcham colebat; sic Diæcesis Orientalis specialiter dicti, quæ quindecim provincias complexa erat, ab Antiocheno Patriarcha regeretur. Itaque longè distant Orientis Ecclesiæ, cum Occidentalibus opponuntur, utpote quæ quinque Diæceses integras Orientis Imperij comprehendant, ab Orientis Ecclesiis, quando cum aliarum Diæceseon Episcopis, id est, Ægypti, Thraciæ, Ponticæ, & Asiænæ componuntur, ut fit canone 11. Constantinopolitani Concilij: *Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent, servatis privilegiis quæ Nicænis canonibus Ecclesie Antiochene tributa sunt.* Inde est quod Ioannes Antiochenus, qui schismate Concilium Ephesinum vexavit, in Actis Conciliabuli dicitur *Episcopus Antiochiæ, quæ est Metropolis Anatolicæ Diæceseos.* Et ipsum Conciliabulum hæc se inscriptioe jactat: *Sacra Synodus Diæceseos Orientalis, ceterique unâ cum ipsis ex diversis Diæcesibus & provinciis congregati.*

do Ecclesiarum Orientalium terminos præscriperunt; adeo ut eas intra Diæceses Thraciam, Ponticam, Asiensem, Orientem, & Ægyptum coercuerint, ac proinde ceteras omnes Diæceses Occidentem dimiserint, nempe Illyricum solidum, Italiam, Gallias, Britannias, Hispanias, & Africam, Scilicet, ut antè monui, iidem erant Imperij Orientalis limites & Ecclesiarum Orientalium. Thracia in confinio Illyrici constituta, Orienti accensebatur, ut Illyrici integra præfectura, quæ Macedoniam, Daciam, Achaïam, & ceteras quasdam provincias complectebatur, ad Occidentem pertinebat, æquè ac Africani litoris sex provinciæ; ut docuit Zoizimus. Thraciam Orienti Vespasianus Imperator addixerat, teste Eustathio. quod apud omnes deinde Principes obtinuit, qui Thraciam, licet freto Propontidis & Hellesponti ab Asia discretam, Orienti accesserunt. Imò & sub Theodosio Illyriciana Diæcesis in duas partes secta est; adeo ut Imperio Orientis accesserit Illyrici pars illa quæ Macedoniam & alias quasdam provincias continebat, ut patet è Iornande, & è Notitia utriusque Imperij, quæ fines Orientalis Illyrici & Occidentalis describit.

IV. Quæ immutatio nihil de Ecclesiarum statu detrivit. Itaque Illyrici & Thraciæ limites, ut olim Imperij utriusque, sic etiam Ecclesiarum fuere. Hanc divisionem Imperij primus tentavit Diocletianus, cum sibi & Galerio Maximino retinuit Orientem, regiâ constitutâ in urbe Nicomediensi, Occidentemque Constantio patri Constantini & Maximiano distribuit, datis huic, Illyrico, Italia, & Africa, illi Britannias, Hispanias, & Gallias, apud Sorcratem. Constantinus autem cum solidam, à morte Licinij, Romani Imperij suscepisset administrationem, & ei trium filiorum caritas esset antiquior quàm Reipublicæ cura, illis orbem testamento partitus est; ita tamen ut primus Occidentis partes, Constantius verò Orientis obtineret. Valentinianus senior secutus exemplum tam fœdæ divisionis, Valentem fratrem effusâ liberalitate consortem Imperij designavit, eique Asia & Ægypti tradidit dominatum, Europâ suæ ditioni reservatâ, ut inquit Theodoretus. Quod accuratius descripsit Sozomenus, qui antiquos utriusque Imperij limites immutatos non fuisse satis ostendit. Valenti, inquit, *tribuit provincias quæ ad Orientem sitæ sunt. Eas verò quæ ab Illyrico usque ad Oceanum Occidentalem, & eam quæ est ex adverso continentem, usque ad extre-*

In Conc. Eph. ep. 7. Act. 1. Ιωαννης Ἐπισκοπος τῆς Ἀντιοχίας ἀπὸ τῆς Ἀρχιεπισκοπῆς ἀντιοχειακῆς διοικητικῆς.

In Actis Conc. Abia videtur οὐκ εἶναι αὐτῶν ἐκ διαφορῆς ἐπιτομογραφίας.

Zoizimus lib. 3. Histor. Eust. in Dionys.

Socr. l. 1. c. 6.

Socr. l. 1. c. 51. quod non tam parum passus.

Theod. l. 4. c. 6.

Sozom. l. 4. c. 6.

OBSERVATIO

STEPHANI BALUZII.

Sic Luitprandus in libro 11. cap. 111. loquens de Romano Imperatore Constantinopolitano post Leonem cognomine Sapientem, Anatolicas vocat gentes Orientales, Græco etiam verbo utens: *Primo quo Romanus suscepit imperium anno, nonnullæ ei gentes, præsertim ἀνατολικαί, hoc est, Orientales, vise sunt rebellare.*

III. Id solum superest indagandum, quibus finibus Ecclesiæ Orientis & Occidentis regerentur. Sed statim occurrit canon 11. Concilij Constantinopolitani, toties laudatus, qui de hac re sollicitis curam omnem eximere potest. Convenerant Constantinopolim ex omnibus Orientalis Imperij provinciis, literis Theodosij Imperatoris evocati antistites, qui canone secundum

ma

ma Africa sub sua potestate constituitur; id est, Praefecturas Italiæ, sub qua continebatur Africa, Galliarum, & Illyrici. Hos Imperiorum limites Ammianus Marcellinus, qui sub Iuliano floruit, in confinio Illyrici & Thraciæ, in ipsis Succorum montium angustiis locat. *Consertæ, inquit, celsorum montium summitates Hami & Rhodopes, quorum alter ex ipsis Istri marginibus, alter ab Axij fluminis citeriori parte conjungit, in angustiis tumulosas collibus desinentes, Illyrios interscindunt & Thracas.* In iisdem Succorum angustiis Occidentalium Ecclesiarum fines constituit Concilij Aquileiensis epistola ad Theodosium; si locus illustris, qui cubat in mendo, nitore suo restituatur. *Equidem, inquit Patres, per occidentales partes duobus in angulis tantum, hoc est, in latere Dacie Ripensis ac Maxia, fidei obstrepi videbatur. Quibus tamen nunc, post Concilij sententiam, vestre favore clementie opinamur illico consulendum. Per omnes autem tractus atque regiones ethnicorum claustris usque ad Oceanum manes intemerata fides. In Orientalibus autem partibus cognovimus quidem & quæ sequuntur. Legendum prorsus est, à Succorum claustris, non ethnicorum.* In eam sententiam adnotavit Socrates dissidio Sardicenis Concilij, Orientalium & Occidentalium abruptam communionem; utriusque autem Ecclesiæ confinium in Succorum montium angustiis, quæ Illyrios dividunt à Thracibus, positum fuisse; quos ille montes *νοτιωνας* vocat; ita ut *ὑπο* fuerit *ὑπος τῆς νοτιωνίας*, ut inquit eleganter Socrates. Ad solutionem illam communionis, quæ ob Maximi Cynici ordinationem inter Orientales & Occidentem intercesserat, & cui refarciendæ operam dabat Concilium Constantinopolitanam, Gregorius Nazianzenus respicit, cum Occidua & Orientalis oræ velut nodum Constantinopolim esse Patribus congregatis pronuntiabat; quò hinc & inde extrema provinciarum capita pertingerent, & inde velut à communi fidei emporio refunderentur. Etenim Thracicam Diocesim hic scriptor velut appendicem Constantinopoleos intuebatur, & communionis interversæ fideique afflictæ restitutionem hinc expectandam præ se ferebat.

V. Sed ut nihil reliqui sit perverciæ, docendum est secundum Patrum Constantinopolitanorum sententiam, pro Occidentalibus haberi eos qui circumscripti non sunt Diocesibus illis quinque, Thracica, Pontica, Asiana, Orientali, & Ægyptiaca. Quod patet è canone quinto illius synodi, quo Libellus Occidentalium

approbatur, his verbis: *De Tomo Occidentalium. Nos etiam Antiochenos suscepimus, qui unam consentunt Patris & Filij & Spiritus sancti divinitatem.* Scio in controversiam adduci Tomum istum Occidentalium. Reputata etenim Zonara & Balsamonis interpretatione, qui de canone fidei in Sardicensi Concilio promulgato verba illa accipiunt, Illustrissimus Card. Baronius de Damasi epistola synodica scripta ad Paulinum Antiochenum, quæ refertur à Theodoro, hunc canonem accipiendam existimat. Quod viro erudito displicuit, qui exsertè asserit locum esse mendosum: quoniam verba ista de Tomo Occidentalium, quæ tituli vicem præstant, significare videntur canonem agere de nescio quo Occidentalium libello. At verò canon, inquit ille, nihil minus exsequitur; sed tantum approbat ea quæ definitiant Antiocheni, unam consentientes Patris & Filij & Spiritus sancti divinitatem. Vnde animum sumpsit antiquam lectionem movendi, ita ut Antiochenos substituerit Occidentalibus, id est, *Διθυριος*, ut ille quidem legit, *τοῖς δυτιοῖς*. In quo dupliciter peccatur; tum in sententia detorta & inconcinna, quam antiquæ lectioni hujus canonis affigit; tum in nova omnino voce & omnibus scriptoribus incognita, quam ille comminiscitur, cum asserit Antiochenas voce hybrida, & à Syriaca deducta, *Dithicos* appellatos, quasi diceret *lucis confiros*, à luco Daphnensi, quo ornabatur Antiochia. Tenebras illas discutiet vera & sincera mens illius canonis, quæ ita constitui & enarrari paucis verbis potest. Quod attinet ad epistolam Occidentalium, qua docent se communionem Antiochenorum amplecti, quia rectam fidem profitentur, etsi Meletij & Paulini schismate laborent, nos etiam eosdem Antiochenos jam antea suscepisse testamur, quia nobis constitit eos unam Patris & Filij & Spiritus sancti confiteri divinitatem. Vnde sequitur alium esse Tomum Occidentalium, qui commemoratur in hoc canone, ab epistola synodica Damasi ad Paulinum Antiochenum, vel saltem cum illa epistola aliam adjunctam fuisse ad Orientales Episcopos Constantinopoli congregatos. Nihil enim vetat quin eodem tempore & eodem exemplo perscripta & missa fuerit ad Paulinum & ad Synodum Constantinopolitanam. Inde etiam sequitur veterem omnium codicum lectionem non esse sollicitandam, quæ *Δυτιοῖς* seu mavis Occidentales huic synodo cognitos exhibet. Nec est quòd vir eruditissimus conjecturam suam fulciat ex emendatione tentata in Libello oblato contra Iban Edes-

Ammianus Marcellinus lib. 1. c. 2. & lib. 17. Succorum potestate angustias Thracis intermontium & Daciae.

Epistola 11. Conc. Aquil. edita à V. C. Simonio in Append. ad Cod. Theod. pag. 74.

Socrates lib. 1. c. 18. & c. 24. & c. 25. & c. 26. & c. 27. & c. 28. & c. 29. & c. 30. & c. 31. & c. 32. & c. 33. & c. 34. & c. 35. & c. 36. & c. 37. & c. 38. & c. 39. & c. 40. & c. 41. & c. 42. & c. 43. & c. 44. & c. 45. & c. 46. & c. 47. & c. 48. & c. 49. & c. 50. & c. 51. & c. 52. & c. 53. & c. 54. & c. 55. & c. 56. & c. 57. & c. 58. & c. 59. & c. 60. & c. 61. & c. 62. & c. 63. & c. 64. & c. 65. & c. 66. & c. 67. & c. 68. & c. 69. & c. 70. & c. 71. & c. 72. & c. 73. & c. 74. & c. 75. & c. 76. & c. 77. & c. 78. & c. 79. & c. 80. & c. 81. & c. 82. & c. 83. & c. 84. & c. 85. & c. 86. & c. 87. & c. 88. & c. 89. & c. 90. & c. 91. & c. 92. & c. 93. & c. 94. & c. 95. & c. 96. & c. 97. & c. 98. & c. 99. & c. 100.

Gregorius Naz. Socrates lib. 1. c. 18. & c. 24. & c. 25. & c. 26. & c. 27. & c. 28. & c. 29. & c. 30. & c. 31. & c. 32. & c. 33. & c. 34. & c. 35. & c. 36. & c. 37. & c. 38. & c. 39. & c. 40. & c. 41. & c. 42. & c. 43. & c. 44. & c. 45. & c. 46. & c. 47. & c. 48. & c. 49. & c. 50. & c. 51. & c. 52. & c. 53. & c. 54. & c. 55. & c. 56. & c. 57. & c. 58. & c. 59. & c. 60. & c. 61. & c. 62. & c. 63. & c. 64. & c. 65. & c. 66. & c. 67. & c. 68. & c. 69. & c. 70. & c. 71. & c. 72. & c. 73. & c. 74. & c. 75. & c. 76. & c. 77. & c. 78. & c. 79. & c. 80. & c. 81. & c. 82. & c. 83. & c. 84. & c. 85. & c. 86. & c. 87. & c. 88. & c. 89. & c. 90. & c. 91. & c. 92. & c. 93. & c. 94. & c. 95. & c. 96. & c. 97. & c. 98. & c. 99. & c. 100.

Canon 5. synodi Constantinopolitane.

Διθυριος τοῖς δυτιοῖς

Zonaras & Balsamon in Comment. hujus can. Card. Baron. ad annum 381.

Petrus Van. Lect. l. 3. c. 1.

Zonaras & Balsamon in Comment. hujus can. Card. Baron. ad annum 381.

Socr. l. 1. c. 18.

Socr. l. 1. c. 18.

Theod. l. 4. c. 1.

Canon. l. 4. c. 1.